

24r

& Grama quae est iuxta gabaa in septimo lapide ab hierusalem sita. & quae rex israhel occupare conatus est. Ut exitum & introitum cluderet tribui iudae. In gabaa itaque & in yama clara bucina & tuba personate. Quorum bucina pastoralis est. & cornu recuruo efficitur. Unde & propriae hebraice. *suffar*. graecae. *καπατιμη*. appellatur. Tuba autem de aere efficitur uel argento. Quae in bellis & in solemnitatibus concerepat. Super bethaben quae quondam uocabatur bethel. Id est in oribus ephraim. In qua uiculus aureas erat non clangore & sonitu. sed ulu latu opus est. quia uicina captiuitas est. & pulchre dixit. quod bethaben post ergum sit beniamin. Ubi enim tribus finitur beniamin. haud procul ephraim. haec urbs condita est. Idcirco autem dico atque praecipio; Clangite bucina in gabaa. & tuba in yama. & ululate in bethaben. Quia domus regia ephraim. siue ipse ephraim. Hoc est imperium israhel. In die desolationis erit. & in stat uicina captiuitas in die correptionis atque supplicii decem tribuum israhel. Ostendi me a uerba fidelia quae per prophetas comminatus sum. ut quod sermone praedixeram. Opere comprobarem. Quidam bethaben iuxta lxx. qui dixerunt domus omniae ciuitatem solis interpretati sunt. & uolem iustitiae xpm dicentes urbem illius ecclesiam esse uoluerunt. quod mihi displicet. Neque enim domus idoli

quae aquila interpretatus est domum in ueritatem. iuxta tropologiam referri potest. sed hoc dicamus. quod heretici qui in gabaa & Grama excelsam. sibi scientiam pollicentur. lubeantur tubilare in domo idoli. & sint ante faciem beniamin qui interpretatur filius dexterarum. sed post ergum eius ubi oculus non habet. Omnis enim ephraim lacrima quae interpretatur ubertas breuis inde solatione erit. & cum iudicii inquit dies & tempus correptionis aduenerit. Verba mea non esse inania rebus ostenda. Pro eo quod transtulimus. post ergum tuum beniamin. lxx. uesterunt mente motus est beniamin. semper. *εκστασις*. Id est mentis excessum. beniamin uero ecclesiastico coaptantes. Unde & in lxx. uii. psalmodicit. Ibi beniamin in adulescentulis in mentis excessu. & in benedictionibus iacob sub persona beniamin. de quatuor paulus apostolus fuit scriptum legimus. beniamin lupus rapax mane comedet. & ad uesperum dabit escam. Qui enim in principio persequabatur ecclesiam. Postea in toto orbe euangelii credentibus alimenta largitus est. Unde & saul quid scribi beniamin fuit. in mentis excessu tota die usque ad uesperum uaticinatus est. Interpretationum chororum. Falsi sunt principes iuda quasi ad sumentes terminum. super eos effundam quasi aquam tram meam. lxx. Falsi sunt prin